

purificationis. Alii enim et plures erant dies purificationis pro partu filiarum quam filiorum. Ex hac questione pendet et resolvenda est alia questio, an sacrificia hic prescripta oblata sint pro prole, an tantum pro matre pariente, an pro matre et prole simul? Variæ hic sunt interpretum et doctorum sententiæ.

Multæ censent hæc sacrificia fuisse oblata in holocaustum et pro peccato tum matris, tum prolis. Ita S. August. q. 40, Hugo, Rupert., hic Beda et Euthym. in Luca 2; Barradius lib. 10, c. 4, 5, 6, et S. Eligius hom. de Purificatione: licet enim per sacramentum circumcisionis fuerit infans purgatus à peccato originali, tamen adhuc cum matre censebatur esse immundus legaliter; erat enim adhuc quasi unum eum matre. Unde cum matre per sacrificium hoc expiatur et sanctificatur magis, Deoque hæc legali ceremoniâ consecratur. Hinc sententiæ favet id quod canit Ecclesia in respons. 3 et 5 primi nocturni in festo Purificationis: *Obtulerunt pro eo (puero Jesu) pariturum aut duos pullos columbarum.* Verum probabiliss. Jansen. c. 10 Concor. Toletus et Maldon. in Luc. 2, 22, et alii censent mulierem parientem hæc obtulisse pro purificatione non prolis, sed sui solius: id enim disertè dicitur v. 7: *Offeret (sacerdos) illa coram Domino, et orabit pro eâ (non pro eo, scilicet puero), et sic mundabitur à profuvio sanguinis sui.* Rursùm v. ult.: *Orabitque pro eâ sacerdos, et sic mundabitur.* Quare quod canitur in festo Purificationis: *Obtulerunt pro eo,* intellige indirectè et concomitanter, q. d.: Obtulerunt pro partu ejus, sive quia eum Beata Maria peperit. Proles ergo non hoc sacrificio, sed circumcissione purgatur à peccato originali: deinde si erat primogenita, sisebatur Domino, et redimebatur quinque siclis, ut patet Numer. 5, 47, collato cum Exodi 13, 15; quæ lex redemptionis prolis primogenitæ alia est ab hæc lege purificationis: hæc enim solam matrem puerperam spectat. Unde v. 7 dicitur: *Ista est lex parientis masculinum ac feminam.*

Hinc sequitur *pro filio sive pro filia* referendum esse, non ad *deferet*, sed ad *dies purificationis*, qui alii erant in partu filiarum, puta 80, alii in partu filiorum, puta 40 explendi, antequàm mater ad templum veniret, ibique se per sacrificia hic prescripta expiaret. Id clariss. significant Hebr. et Sept.

DEFERET AGNUM ANNICULEM IN HOLOCAUSTUM, ut gratias agat Deo, quòd pericula partus evaserit, utque prolem cum agno in holocaustum offerat Deo, qui eam benedicat, eique agnamin innocentiam tribuat et conservet.

ET PULLUM COLUMBÆ SIVE TURTUREM PRO PECCATO, puta pro immunditiâ et irregularitate legali in partu contractâ, tollendâ. Hæc enim immunditiâ vocatur peccatum, scilicet legale: presertim quia ipsa ex peccato originali orta vitiatam in Adamo propaginem nostram clarè significat, inquit Isychius et S. August. Sic immunditiâ legalis contracta ex lepra vel menstruis vocatur peccatum, c. 14, 12; et c. 15, 50. Secundò, simul etiam hæc offerret puerpera pro peccatis propriè dictis, si que in puerperio vel aliis admisit. Appositè

conjunctæ et puerperæ victimæ purificatoriæ prescribitur turtur aut columba: nam turtur gemens symbolum est luctus et penitentiae, nam, ut ait poeta:

Nec genere aeræ cessabit turtur ab ulmo.

Sic genere non cesset penitens donec purificetur. Vox ergo turturis audita in terrâ nostrâ est vox Magdalene gementis.

Rursùm, Physiologi, inquit S. Hier. lib. 1 contra Jovinian., *tradunt hæc turturis esse naturam, ut, si parem perdidit, alteri non jungatur; ut intelligamus bigamiam etiam à multis avibus reprobari.* Christus tamen non reprobat secundas nuptias, sed eis præfert viduitatem et continentiam. Columba verò symbolum sunt castimonie et fidei conjugalis. Nam, ut ait Plinius lib. 10, 34, *puccitia columbis prima est, et neutri nota adulterii, tori fidem non violant, communemque servant domum, imperiosos mares, subinde etiam iniquos ferunt.* Sic conjugalitatis pudicitia sit prima ut columbis, neutri nota sint adulteria, conjugii fidem communemque domum servent, filios diligant, et in Dei lege erudiant; uxore viri imperium, etiam difficile sit, toleret. Tales turtures et columbæ etiam apud gentes fuerunt.

Valeria rogata, cur defuncto Servio marito nollet de nudò nubere? *Quia, inquit, Servus meus fidei alius defunctus sit, apud me vivit, viveique semper.* Anna florens ætate et formâ, monita ab amicis, ut mortuo marito secundum acciperet, tum ob spem prolis, tum ob amorem mutuum, respondit: *Nulla pacto hoc factura sum.* Si enim bono viro nupsero, nolo posthac timere ne amittam: sin verò malo, quæ me caperet dementia et post optimum talem admissem? Martia, Catonis filia, rogata cur post mortem mariti nollet alteri nubere, respondit: *Quia non facillè invenero virum qui me magis velit quàm meus;* et rursùm: *Felix, inquit, ac pudica matrona non nubit nisi semel.* Eadem cum diutius lugeret maritum, rogata quem esset habitura diem luctus ultimum? Respondit: *Quem et vitæ.* Rectè Propertius, Epig. 15:

*Exemplo junctæ tibi sint in amore columbæ,
Masculus et totum femina conjugium.*

Denique S. Ambros. 5 Hexam. c. 19: *Hanc avem, inquit, Dei lex, velut castæ hostiæ, munus elegit: quæ cum Dominus presentaretur oblata est; quia scriptum est in lege Domini, ut darent pariturum, aut duos pullos columbarum. Hoc est enim verum Christi sacrificium, pudicitia corporalis, et gratia spiritualis: pudicitia ad turturem refertur, ad columbam gratia.*

Sed audi miram historiam, ex quâ discas quomodo columba symbolum sit castitatis et pietatis. Rem narrat Gregorius Turon. de Glorâ Confes. cap. 34, et ex eo Baron. anno Christi 480. Fuit Arverni puella quedam religiosa atque devota Deo, quæ in rure commanens, quò ab urbec turba semota, liberis dignas Deo laudum hostias exhiberet, quotidie jejuniis et orationibus insistebat. Factum est igitur ut migrans ab hoc mundo, ad basilicam oppidi, causâ sepeliendi portaretur. Verùm ubi levato feretro corpus per viam ferri coepisset, adveniens grex magnus columbarum super eam volare coepit, atque hæc illic volitando sequi,

quò hæc à proximis forebatur. Quâ in basilicam delatâ, grex totus super tectum ædis ipsius visus est consedis: illaque sepultâ ad cœlos evolavere columbæ. Unde non immeritò Georgia nuncupata est, quæ sic exerevit mentem culturâ spirituali, ut adeptò virginitatis sexagesimi fructus provenit, egrediens de seculo celestibus honoraretur exequiis, inquit Gregorius. Refert Ado, et ex eo Baronius anno Christi 440, Juliâ sanctam virginem et martyrem à Felice principe excarnificatam, et tandem crucifixam, de cujus ore columba exivit et in cœlum evolavit. S. Gregorius lib. 4 Dialog. c. 10 de Spe abbate moriente ita scribit: *Omnes fratres ex ore ejus exisse columbam viderunt, quæ mox aperto tecto oratorii egressa penetravit cœlum. Cujus idcirco animam in columbæ specie apparuisse credendum est, ut omnipotens Deus ex hæc ipsâ specie ostenderet quomodo simplici corde ei vir ille servisset.*

VERS. 7. — ET SIC MUNDABITUR À PROFUVIO SANGUINIS SCI, puta immunditiâ legali quam contraxit ob fluxum sanguinis puerperii (est metonymia, vel catachresis) ut deinceps sanctuarium adire, sacra tangere, offerre victimas alias, isque vesci possit.

VERS. 8. — QUOD SI NON INVENERIT MANUS EIUS, NEC POTERIT OFFERRE AGNUM. Hebr.: *Si non invenierit manus ejus sufficientiam agni,* id est, pretium quod sufficit ad emendum agnum (ita Chald. et Sept.), puta si sit pauperior, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum; unum in holocaustum, et alterum pro peccato. Divites ergo puerperæ debebant offerre agnum in holocaustum, et turturem, vel pullum columbæ pro peccato: pauperes verò tantum duos turtures, vel duos pullos columbarum; unum in holocaustum, alterum pro peccato, ut fecit Beata Virgo et spiritu et censu pauper: licet ipsa id fecerit, non quia spiritu erat pauper, puta quia amans erat paupertatis, ut vult Abulens., sed quia reverè censu erat pauper et indiga; de talibus enim lex hæc loquitur.

Moraliter discè hic quòd ait S. Gregorius Nazianzen. orat. de S. baptismo: *Nihil, inquit, magni aestimatur apud Deum, quod non pauper quoque donare possit.* Deus enim non tam donum quàm donantis affectum poscit; et, ut ait S. Gregorius hom. 5 in Evangel., *ante oculos Dei nunquam est vacua manus à munere, si fuerit arca cordis repleta bonâ voluntate; nihil enim*

CAPUT XIII.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens:

2. Homo, in cujus cute et carne ortus fuerit diversus color sive pustula, aut quasi lucens quippiam, id est, plaga lepræ, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad unum quemlibet filiorum ejus;

3. Qui cum viderit lepram in cute, et pilos in albam mutatos colorem, ipsamque speciem lepræ humiliores cute et carne reliquâ; plaga lepræ est, et ad arbitrium ejus separabitur.

4. Sin autem lucens candor fuerit in cute, nec humiliores carne reliquâ, et pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus;

Deo offertur ditius bonâ voluntate. Hinc D. Gerson Cancellarius Parisiens.: *Deus, ait, non querit nomina, sed adverbia, id est, non attendit quod facias, sed quomodo,* ut ait S. Bernard. Hinc Christo præ omnibus aliis magna offerentibus, placuit vidua duo tantum offerens minuta. Si ergo multum habes, multa da: si parum, da parum, sed magna et liberali voluntate dandi plura, si haberes; ita liberalitas cordis tui provocabit liberalitatem Dei erga te ut plura accipias; non enim patitur Deus se liberalitate viuci. Narrat Leontius de S. Joanne Eleemosynario Patriarchâ Alexandr. rem miram: *Multas, inquit, benedictiones mitti ei Deus, sed non dimitti quidquam, quod non statim dei pauperibus. Multoties in exultatione invenerunt eum quidam dicentes Deo: Sic, sic, aut tu mittendo, aut ego disperdendo, videbitis quis vincat. Lique enim quoniam tu dives, Domine, et vite nostræ miserator es.*

Nota. Cum purificatione puerperæ, simul offerretur infans Deo, si erat primogenitus, ut patet Luca 2, 22, et redimebatur quinque siclis, ut patet Num. 18, 16. Porrò verisimile est prius purificatum fuisse matrem, deinde obtulisse sum infantem, ut censet Franciscus Lucas in Luca 2. Ubi nota. Utriusque hujus ceremoniæ hic erat ritus et ordo. Primò, puerpera venebat ad atrium mundorum, ibique consistebat; nec enim atrium mundorum ingredi poterat, utpote immunda, ante purificationem. Secundò, offerretur turtures, vel pullum columbæ pro peccato; verisimile est eam quoque aspersam fuisse aquâ cirenâ vitæ rufa; illa enim erat quasi aqua lustralis in omni purificatione. Tertio offerretur infantem Deo, eumque redimebat.

Quartò, peractis omnibus, in gratiarum actionem offerretur Deo agnum vel turturem, aut pullum columbæ in holocaustum. Sed de his plura Luca 2. Hæc duo ultima fiebant puerperâ (utpote jam purificatâ) existente in atrio mundorum. Ibi enim offerretur infantem ad osium tabernaculi, ibique emittis spectabat holocaustum suum, quod offerretur in atrio sacerdotum; nam inter atrium sacerdotum et hoc iocum tantum intererat morus, sive septem alium tres pedes, ita ut laici ex suo atrio spectare possent victimas, et alia quæ fiebant in atrio sacerdotum.

CHAPITRE XIII.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse et à Aaron, et leur dit:

2. L'homme dans la peau ou dans la chair duquel il se sera formé une diversité de couleur, ou une pustule, ou quelque chose de luisant qui paraisse la plaie de la lèpre, sera amené au prêtre Aaron, ou à quelqu'un de ses fils;

3. Et s'il voit que la lèpre paraisse sur la peau, que le poil ait changé de couleur et soit devenu blanc, que les endroits où la lèpre paraît soient plus enfoncés que la peau et que le reste de la chair, il déclarera que c'est la plaie de la lèpre, et il fera séparer de la compagnie des autres.

4. Que s'il paraît une blancheur luisante sur la peau, sans que cet endroit soit plus enfoncé que le reste de la chair, et que le poil soit de la couleur qu'il a toujours été, le prêtre le renfermera pendant sept jours;

5. Et considerabit die septimo: et siquidem lepra ultra non creverit, nec transierit in cute priores terminos, rursum recludet eum septem diebus aliis.
6. Et die septimo contemplabitur: si obscurior fuerit lepra, et non creverit in cute, mundabit eum, quia scabies est: lavabitque homo vestimenta sua, et mundus erit.
7. Quod si postquam à sacerdote visus est, et reclusus munditia, iterum lepra creverit, adducetur ad eum.
8. Et immunditie condemnabitur.
9. Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem,
10. Et videbit eum. Cùmque color albus in cute fuerit, et capillorum mutaverit aspectum, ipsa quoque caro viva apparuerit.
11. Lepra vetustissima iudicabitur, atque inolita cuti. Contaminabit itaque eum sacerdos, et non recludet, quia perspicua immunditia est.
12. Sin autem effluerit discurrens lepra in cute, et operuerit omnem cutem à capite usque ad pedes, quidquid sub aspectum oculorum cadi,
13. Considerabit eum sacerdos, et teneri lepra mundissimam iudicabit, eò quod omnis in candorem versa sit, et idecirò homo mundus erit.
14. Quando verò caro vivens in eo apparuerit,
15. Tunc sacerdotis iudicio polluetur, et inter immundos reputabitur: caro enim viva si lepra aspergatur, immunda est.
16. Quod si rursum versa fuerit in alborem et totum hominem operuerit,
17. Considerabit eum sacerdos, et mundum esse decernet.
18. Caro autem et cutis in qua ulcus natum est et sanatum.
19. Et in loco ulceris cicatrix alba apparuerit sive subrufa, adducetur homo ad sacerdotem,
20. Qui cùm viderit locum lepræ humiliorum carne reliquã, et pilos versos in candorem, contaminabit eum; plaga enim lepræ orta est in ulcere.
21. Quod si pilos coloris est pristini, et cicatrix subobscura, et vicinã carne non est humilior, recludet eum septem diebus.
22. Et siquidem creverit, ad iudicabit eum lepræ.
23. Sin autem steterit in loco suo, ulcers est cicatrix, et homo mundus erit.
24. Caro autem et cutis quam ignis exusserit, et sanata albam sine rufam habuerit cicatricem, on sur la peau, et que la brûlure étant guérie, la cicatrice en deviendra blanche ou rousse,
25. Le prêtre la considérera, et s'il voit qu'elle soit devenue toute blanche, et que cet endroit soit plus enfoncé que le reste de la peau, il le déclarera impur, parce que la plaie de la lepre s'est formée dans la cicatrice.
26. Que si le poil n'a point changé de couleur; si l'endroit blessé n'est pas plus enfoncé que le reste de la chair, et si la lepre même paraît un peu obscure, le prêtre le renfermera pendant sept jours,
27. Et il le considérera le septième jour. Si la lepre est crue sur la peau, il le déclarera impur.
28. Que si cette tache blanche s'arrête au même

5. Et il le considérera le septième jour; et si la lepre n'a pas crû davantage et n'a point pénétré dans la peau plus qu'auparavant, il le renfermera encore sept autres jours.
6. Au septième jour il le considérera; et si la lepre paraît plus obscure et ne s'est point plus répandue sur la peau, il le déclarera pur, parce que c'est la guérison, et non la lepre. Cet homme lavera ses vêtements, et il sera pur.
7. Que si, après qu'il aura été vu par le prêtre et déclaré pur, la lepre croît de nouveau, on le lui ramènera.
8. Et il sera reconnu pour être tout-à-fait lepreux, et condamné à être traité comme étant véritablement impur.
9. Si la plaie de la lepre se trouve en un homme, on l'amènera au prêtre.
10. Et il le considérera; et lorsqu'il paraîtra sur la peau une couleur blanche, que les cheveux auront changé de couleur, et qu'on verra même paraître ce changement de couleur dans la chair vive,
11. On jugera que c'est une lepre très-vétérée et enracinée dans la peau. C'est pourquoi le prêtre le déclarera impur, et il ne le renfermera point, parce que son impurité est toute visible.
12. Que si la lepre paraît comme en fleur, en sorte qu'elle coure sur la peau, et qu'elle la couvre depuis la tête jusqu'aux pieds, dans tout ce qui en peut paraître à la vue,
13. Le prêtre le considérera, et il jugera que la lepre qu'il a est très-pure, et qu'elle n'est point dangereuse, parce qu'elle est devenue toute blanche; c'est pourquoi cet homme sera déclaré pur.
14. Mais quand la chair vive paraîtra dans lui être corrompue par la lepre,
15. Alors il sera déclaré impur par le jugement du prêtre, et il sera mis au rang des impurs; car si la chair vive est mêlée de lepre, elle est impure.
16. Que si elle se change et devient encore toute blanche, et qu'elle couvre l'homme tout entier,
17. Le prêtre le considérera, et il le déclarera qu'il est pur.
18. Quand il y aura eu dans la chair ou dans la peau de quelqu'un un ulcère qui aura été guéri,
19. Et qu'il paraîtra une cicatrice blanche, ou tirant sur le roux, au lieu où était l'ulcère, on amènera cet homme au prêtre,
20. Qui, voyant que l'endroit de la lepre est plus enfoncé que le reste de la chair, et que le poil s'est changé, et est devenu blanc, il le déclarera impur; car c'est la plaie de la lepre qui s'est formée dans l'ulcère.
21. Que si le poil est de la couleur qu'il a toujours été, et la cicatrice un peu obscure, sans être plus enfoncée que la chair d'auprès, le prêtre le renfermera pendant sept jours.
22. Et si le mal croît, il le déclarera que c'est la lepre.
23. Que s'il s'arrête dans le même lieu, c'est seulement la cicatrice de l'ulcère; et l'homme sera déclaré pur.
24. Lorsqu'un homme aura été brûlé en la chair, ou sur la peau, et que la brûlure étant guérie, la cicatrice en deviendra blanche ou rousse,
25. Le prêtre la considérera, et s'il voit qu'elle soit devenue toute blanche, et que cet endroit soit plus enfoncé que le reste de la peau, il le déclarera impur, parce que la plaie de la lepre s'est formée dans la cicatrice.
26. Que si le poil n'a point changé de couleur; si l'endroit blessé n'est pas plus enfoncé que le reste de la chair, et si la lepre même paraît un peu obscure, le prêtre le renfermera pendant sept jours,
27. Et il le considérera le septième jour. Si la lepre est crue sur la peau, il le déclarera impur.
28. Que si cette tache blanche s'arrête au même

- clarus, plaga combustionis est; et idecirò mundabitur, quia cicatrix est combustura.
29. Vir, sive mulier, in cuius capite vel barbâ germinaverit lepra, videbit eos sacerdos.
30. Et siquidem humilior fuerit locus carne reliquã, et capillus flavus, solitque subtilior; contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est.
31. Sin autem viderit locum macula æqualem vicinæ carni, et capillum nigrum, recludet eum septem diebus.
32. Et die septimo intuebitur. Si non creverit macula, et capillus sui coloris est, et locus plage carni reliquæ æqualis;
33. Radetur homo absque loco macula; et includetur septem diebus aliis.
34. Si die septimo visa fuerit stetitisse plaga in loco suo, nec humilior carne reliquã, mundabit eum, lotisque vestibus suis mundus erit.
35. Sin autem post emundationem rursum creverit macula in cute,
36. Non queret amplius utrùm capillus in flavum colorem sit immutatus, quia apertè immundus est.
37. Porrò si steterit macula, et capilli nigri fuerint, noverit hominem sanatum esse, et confidenter eum pronuntiet mundum.
38. Vir, sive mulier, in cuius cute candor apparuerit,
39. Intuebitur eos sacerdos; si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi, et hominem mundum.
40. Vir, de cuius capite capilli fluint, calvus et mundus est;
41. Et si à fronte ceciderint pili, recalvaster et mundus est.
42. Si autem in calvitio sive in recalvatione albus vel rufus color fuerit exortus,
43. Et hoc sacerdos viderit, condemnabit eum hand dubiè lepræ, quæ orta est in calvitio.
44. Quicumque ergo maculatus fuerit lepræ, et separatus est ad arbitrium sacerdotis,
45. Habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os recte contactum, contaminatum ac sordidum se clamabit.
46. Omni tempore, quo leprosus est et immundus, solus habitabit extra castra.
47. Vestis lanea sive linea, que lepram habuerit
48. In stamine atque subtegnino, aut certè pellis, vel quidquid ejus pelle confectum est,
49. Si alba vel rufa macula fuerit infecta, lepra reputabitur, ostendeturque sacerdoti,
50. Qui consideratam recludet septem diebus;
51. Et die septimo rursum aspiciens, si deprehenderit crevisse, lepra perseverans est: pollutum iudicabit vestimentum, et omne in quo fuerit inventa;
52. Et idecirò comburetur flammis.
53. Quod si eam viderit non crevisse,

- endroit, et devient un peu plus sombre, c'est seulement la plaie de la brûlure; c'est pourquoi il sera déclaré pur, parce que cette cicatrice est l'effet du feu qui l'a brûlé.
29. Si la lepre paraît et pousse sur la tête d'un homme ou d'une femme, on à la barbè d'un homme, le prêtre le considérera.
30. Et si cet endroit est plus enfoncé que le reste de la chair, et le poil tirant sur le jaune et plus delié qu'à l'ordinaire, il les déclarera impurs, parce que c'est la lepre de la tête et de la barbè.
31. Mais s'il voit que l'endroit de la tache est égal à la chair d'auprès, et que le poil de l'homme soit noir, comme si était auparavant, il le renfermera pendant sept jours.
32. Et il le considérera le septième jour. Si la tache ne s'est point agrandie, si le poil a retenu sa couleur, et si l'endroit du mal est égal à tout le reste de la chair;
33. On rasera tout le poil de l'homme, hors l'endroit de cette tache, et on le renfermera pendant sept autres jours.
34. Le septième jour, si le mal semble s'être arrêté dans le même endroit, et s'il n'est point plus enfoncé que le reste de la chair, le prêtre le déclarera pur; et ayant lavé ses vêtements, il sera tout-à-fait pur.
35. Que si, après qu'il aura été jugé pur, cette tache croît encore sur la peau,
36. Il ne cherchera plus si le poil aura changé de couleur, et sera devenu jaune, parce qu'il est véritablement impur.
37. Mais si la tache demeure dans le même état, et si le poil est noir, qu'il reconnaisse par là que l'homme est guéri, et qu'il prononce sans rien craindre qu'il est pur.
38. Si paraît une blancheur sur la peau d'un homme ou d'une femme,
39. Le prêtre les considérera; et s'il reconnait que cette blancheur qui paraît sur la peau est un peu sombre, qu'il sache que ce n'est point la lepre, mais seulement une tache d'une couleur blanche, et que l'homme est pur.
40. Lorsque les cheveux tombent de la tête d'un homme, il devient chauve, et il est pur.
41. Si les cheveux tombent du devant de la tête, il est chauve par-devant, et il est pur.
42. Que si, sur la peau de la tête ou du devant de la tête qui est sans cheveux, il se forme une tache blanche ou rousse,
43. Le prêtre l'ayant vue, le condamnera indubitablement, comme frappé d'une lepre qui s'est formée au lieu d'ou ses cheveux sont tombés.
44. Tout homme donc qui sera infecté de lepre, et qui aura été séparé des autres par le jugement du prêtre,
45. Aura ses vêtements déçous, la tête nue, le visage couvert de son vêtement, et il criera qu'il est impur et souillé.
46. Pendant tout le temps qu'il sera lepreux et impur, il demeurera seul hors du camp, de peur de communiquer aux autres son impurité.
47. Si un vêtement de laine ou de lin est infecté de lepre
48. Dans la chaîne ou dans la trame, ou si c'est une peau, ou quelque chose fait de peau,
49. Quand on y verra des taches blanches ou rousses, on jugera que c'est la lepre, et on les fera voir au prêtre,
50. Qui, les ayant considérés, les tiendra enfermés pendant sept jours;
51. Le septième jour il les considérera encore; et si l'homme reconnaît que ces taches sont crues, ce sera une lepre enracinée; il jugera que ces vêtements et toutes les autres choses où ces taches se trouveront sont souillées;
52. C'est pourquoi on les consumera par le feu.
53. Que s'il voit que les taches ne soient point crues

54. Præcipiet, et lavabunt id in quo lepra est, recludetque illud septem diebus aliis.

55. Et cum viderit faciem quidem pristinam non reversam, nec tamen crevisse lepram, immundum iudicabit, et igne comburet, eò quod infusa sit in superficie vestimenti vel per totum lepra.

56. Sin autem obscurior fuerit locus lepræ, postquam vestis est lota, abrumpt eum, et à solido dividit.

57. Quòd si ultra apparuerit in his locis quæ prius immaculata erant, lepra volatilis et vaga, debet igne comburi.

58. Si cessaverit, lavabit aqua ea quæ pura sunt secundò, et munda erunt.

59. Ista est lepra vestimenti lanei et linci, staminis, atque subtegminis, omnisque suppellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat, vel contaminari.

COMMENTARIUM.

Quæritur, quenam et qualis fuerit hæc lepra Judæorum. Dico primò, lepram hæc fuisse morbum, sive vitium sæpè naturale, sæpè etiam ex speciali Dei providentiã Judæis immissum, maxime ad puniendam graviora eorum peccata; vel simoniam, ob hæc enim Giezi ab Eliseo percussus est leprâ, 4 Reg. 5, 27; vel sacrilegiû, ob hoc enim Ozias rex usurpans sacerdotium, et volens adolere incensum, leprâ tactus est à Deo, 2 Paral. 6, 21. Vel homicidiû, ob hoc enim David imprecatur Joab occidenti Abner lepram, 2 Reg. 3, 29. Vel murmuris et rebellions, præsentim contra sacerdotes: ita enim Maria, soror Moysi, murmurans contra Moysen correpta est leprâ, Num. 12, 10. Quâ de re illustris est locus Deut. 24, 8, ubi Deus disertè comminatur lepram iis qui sacerdotibus obedire nolunt. *Observa, inquit, diligenter ne incurras plagam lepræ, sed (ut eam evites) facies quæcumque docuerint te sacerdotibus leviticis generis, iuxta id quod præcepi tuis, et imple sollicitudinem. Memento quoque quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ.* Lepra ergo hæc sæpè non tam fuit naturalis morbus, quam plaga divina, ut fusiùs ostendam v. 47. Atque hæc fuit causa cur Deus lepræ iudicium et expiationem delictis sacerdotibus, curque voluerit leprosus se sacerdotibus sistere et ostendere, ut ab eis leprâ vel mundati vel adhuc inquinati, pronuntiarentur. Nimirum, ut cogenerentur sacerdotibus se humiliare, contra quos superbè se exercebant, itaque superbiæ suæ culpam et peccatum hæc humiliatione expiant. Ita Maria erigens se contra Moysen percussa est leprâ, à quâ non nisi Moysi ope et precibus sanata est, Num. 12, 11. Fuit et alia causa, nimirum quòd leprosi in lege veteri erant quasi irregulares: erant enim immundi non tantum naturaliter, sed et legaliter, ita ut arcerentur non tantum convicti hominum, sed et templo ac sacris. Hanc autem irregularitatem tollere non poterat medicus, sed sacerdos. Ergo ut ea tolleretur, sacerdoti se sistere et supplicare debebant; qui eos ex-

616
54. Il ordonnera qu'on lave ce qui paraît infecté de lepra, et il le tiendra enfermé pendant sept autres jours.

55. Et voyant qu'il n'a point repris sa première couleur, quoique la lepra ne se soit pas augmentée, il jugera que ce vêtement est impur, et il le brûlera dans le feu, afin qu'on ne s'en serve plus, parce que la lepra s'est répandue sur la surface, ou l'a même tout pénétré, et qu'elle pourra se communiquer à celui qui s'en servira.

56. Mais si, après que le vêtement aura été lavé, l'endroit de la lepra est plus sombre, il le déchirera et le séparera du reste.

57. Que si après cela il paraît encore une lepra vague et volante dans les endroits qui étoient sans tache auparavant, le tout doit être brûlé.

58. Si ces taches s'en vont, on lavera une seconde fois avec l'eau ce qui est pur, et il sera purifié.

59. C'est là la loi touchant la lepra d'un vêtement de laine ou de lin, de la chaîne ou de la trame, et de tout ce qui est fait de peau, afin qu'on sache comment on doit le juger pur ou impur, et que vous compreniez par ces précautions que vous prendrez pour garantir votre corps de la plaie de la lepra, celles que vous devez apporter pour préserver votre âme de la corruption du péché.

plabatur, ac sacris restituebat juxta ritum quem Deus prescribit c. 14.

Dico secundò, lepra hæc Judæorum dissimilis et alia fuit à leprâ nostrâ, quæ magis est elephantiam quàm lepra. Negat hoc Abulensis. censetque eandem esse lepram nostram cum leprâ Judæorum, sed nunc esse magis arrosivam quàm fuerit tunc. Verum non fuisse eandem patet primò, quia, ut max dicam, lepra Judæorum erat ferè tantum in cute, nostra verò carnes et ossa deparciunt. Secundò, lepra Judæorum etiam vestes et muros ac domos invadebat, ut patet v. 29, nulla autem jam est lepra quæ vestes aut domos corripit. Tertio, lepra nostra est incurabilis; lepra autem Judæorum erat curabilis, sæpèque curabatur, ut patet hoc c. et seq. Neque id mirum videri debet: sic enim videmus sæpè quamque regionem, et quodque clima proprias habere, uti qualitates et affectiones, ita et morbos, imò unum eundemque morbum in alio climate alium esse, aliisque habere symptomata. Atque hæc fuit causa cur tempore belli sacri tot Belgæ, Franci, Germani ex Judæa domum redirent, leprosi inde redierint, idèoque tot ubique erectæ fuerint leprosorja, quæ etiamnum extant, sed sine leprosis.

Dico tertio lepra Judæorum similis fuit veteri lepræ Græcorum, de quâ Hippocrates lib. de Affectionib. ita ait: *Lepra, et pruritus, et scabies, et impetigines, et vitiligio, et alopecia, à pituita sunt; sunt autem turpitudinis magis quàm morbi.* Ratio est, nam vetus Judæorum lepra, ut ait S. August. lib. 2 Quest. Evang. q. 40, sæpè coloris vitium fuit magis quàm valetudinis, aut integritatis sensuum atque membrorum, eaque de causa leprosi à Christo non sanati, sed mundati dicuntur. Talis autem fuit lepra Græcorum, sive communis: nam, ut rectè Joannes Mainardus, medicus insignis, lib. 6 Epist. ex Galeno probat, lepra est vitium cutis leviculum, adeò scabiei simile ut vix ab eo

discernatur. Pari modo, ait Cajetan., lepra hæc Judæorum fuit morbus, aut potius vitium in cute magis quam carne scabies, idèoque multiplex et varium, adeòque ipsa scabies hæc vocatur lepra, si gravior sit, et communem simplicemque superet. Quare hæc lepram accuratè dissentiens, Franc. Valesius, medicus illustris lib. de sacra Philosoph. c. 19, censet per lepram hæc variâ vitia cutis et turpitudines externi corporis accipiendi esse, quorum unum nascitur ex alio, idèoque ex redundantia pituitæ vel melancholiæ, per variam alterutris intentionem aut remissionem. Unde putat ipse hoc c. v. 6 et 59 describi vitiliginem; v. 7 et 7 scabiem cum squamis, quæ lichen, seu impetigo dicitur; v. 9 elephantiam vel ejus initium; v. 29 achorrem; v. 58 alopecia vel ophiasin, uti singulis versiculis fusiùs ex ipso dicam: hinc

Dico quartò, lepram hæc non unum esse morbum, sed varium et multiplicem, non tantum specie, sed et genere differentem, adeòque analogicè extendi ad vitia vestium et domorum. Hæc enim lepra quæ hoc capite describitur, non tam morbi sunt quàm deformitates seu putrescentiæ quædam cutis, eaque variæ et multiplices. Unde non mirum est, si non tantum animatis sed et inanimatis conveniant, præcipuè ubi à causâ aliquâ communi gignuntur, et populariter grassantur: aer enim, qui solus communis popularium morborum potest esse causa, tantum undique atque circumstat inanimata, æquè ut animata; licet diversimodè afficiat, non tantum inanimata, sed et ipsa animata. Differentia enim est inter lepram hominis, bovis, ovis et suis. Est tamen omnium lepra eadem analogicè: hæcque omnes lepræ sibi invicem affines sunt et propinque, adeò ut mutuum sit contagiû, et animata lepram inanimatis afflicare possint. Lepra enim hæc, ut dixi, non tam morbus quam corrosio, corruptio et putrescentia quædam est: nam putrescere omnia possunt, præter ignem, ægrotare autem sola viventiã; hucusque Valesius cap. 19 et 20. Cui tamen addendum puto, lepram hæc Judæorum non per omnia similem fuisse lepræ Græcorum, quæ vulgo à medicis lepra vocatur, et in cute residet: sed potius eam medium quid fuisse inter lepram et elephantiam, atque non tantum cutem, sed et halitum, ac consequenter interiora vitiasse; idè enim v. 45 jubentur leprosi os tegere, ne halitu suo pravo alios inficiant. Licet enim hæc lex ceremonialis sit, tamen ipsa, uti et alie, in naturâ et naturali hæc causâ fundata est. Rursùm, eam sæpè non tam naturalem fuisse, aut ex naturalibus causis ortam, quàm à Deo specialiter Judæis instar plagæ fuisse indictam, ac proinde hujus lepræ physicas et medicas causas, ac symptomata per omnia à medicis jam assignari non posse, paulò ante ostendi et fusiùs ostendam v. 47.

VERS. 2. — HOMO IN CUJUS PUTE ET CARNE ORTUS FUERIT DIVERSES COLOR, SIVE PUSTULA, AUT QUASI LUCENS QUIPPIAM, ID EST, PLAGA LEPRÆ. Sic et Child.; verum in Hebræis alius est ordo, sic enim habent: *Cum fuerit tumor sive pustula, aut macula carni adhærens, quod noster vertit: Diversus color, aut candidans*

quippiam, ut sit in carne ejus in plagam lepræ, id est, ut videatur esse lepra, vel lepræ suspicionem ingerat. Septuag. vertunt *ὁδὸν οὐρανίου ἢ τοῦ αἵματος*, cicatrix significationis, vel lucens. Significationis, id est, significans esse lepram. Ita Lych. Nota *est lucens*, scilicet, ut videatur esse quasi fulgentes furfures, aut squamæ; nam hæc possunt esse initia vitii abeuntis in malignum, et in aliquid lepræ genus, inquit Valesius.

ADDUCETUR AD AARON SACERDOTE. Quia sacerdotis est judicare an quis aptus, id est, mundus sit, ut ei liceat ingredi sanctuarium; an immundus et ineptus, ut ab eo arendus sit; ac consequenter ejus est judicare de leprâ, an et qualis sit. Secundò, quia sacerdotes veteres judicantes inter lepram et lepram, typos erant sacerdotum legis novæ, quibus communicata est Christo potestas ligandi et solvendi peccatores. Ita S. Hieron. in c. 19 Matth., et Chrys. lib. 3 de Sacerd.

VERS. 5. — QUI CUM VIDERIT LEPRAM IN CUTI, ET PILOS IN ALBUM MUTATOS COLOREM. Alior enim pilorum cæritas, ex quâ nascuntur; corruptionem et vitium arguit. Nam lepra, ait S. Cyrill. l. 15 de Adorat. fol. 309, fit ex eo quòd caro emoriatur; excutatur enim ulcus illicò assumptâ cute, et in profundum semper serpens; quo fit ut pilus, qui in illis partibus exoritur, languescens exalbescat, ac velut stirps unâ cum subjactâ terrâ corrumpatur. Est hæc prima lepræ species illa quæ à medicis, inquit Valesius supra, vocatur lichen, vel impetigo, vel lepra volatilis, quia serpit et quasi volat per partes; ab Arabibus vocatur *barras*, vel *al-barra*, album, gigniturque ex pituita salsa vel melancholiâ. Ejus duo hic dantur signa: primum, pilos qui ex leprosa cute nascuntur, in album colorem mutari; secundum, ipsam lepram humiliorem esse reliquâ cute, quorum causam hæc dat Valesius: *Cum enim, ait, lichenes illi maligni à salsa pituita nascantur, vel solâ, vel mixtâ cum atrâ bile, necesse est, ubi partibus temporibus admodum labefacta est, et in ipsius excrementi naturam velut mutata, salitatem admodum esse cutem, ac proinde siccam et contractam, ac reliquâ cute, quæ sana est, humiliorem.* Rursùm: *Cum orta consentiant iis ex quibus oriuntur, ubi cutis ob pituitam ita erit facta candida, ut ipsius substantiæ modum mutaverit in candidiorem, pilos quoque ex sepe nascentes candidos reddet.*

IPSAMQUE SPECIEM LEPRÆ. Hebr. *aspectum candidi*, id est, apparentem speciem lepræ. Vide can. 30.

HUMILIOREM. Lepra enim et cutem et carnem exedit.

ET AD ARBITRIUM EJUS SEPARABITUR. Heb. *et inspiciet eum sacerdos, et pollutum judicabit eum*, ac consequenter separandum et emittendum extra castra. Describitur hoc cap. note quibus discerni possit qui leprâ gravi, qui levi infecti sint; qui facili curari possint, qui sint incurabiles; ut qui simplici tantum scabie deprehenderentur laborare, mundi iudicati dimitterentur, quos spes esset fore ut mundarentur, recluderentur; qui verò viderentur desperata

emundationis, omnino separarentur et extra castra rojicerentur.

VERS. 4. — *SIN AUTEM LUCENS CANDOR FUERIT IN CUTE. Albor, ait S. Cyril. 1. 15, infirmitas est carnis, vel potius cutis, lepra persimilis, nisi quod malum illud non in profundum agit, sed palliat in summo corpore, neque unquam pilum in album colorem: neque tam late funditur, ut reprimi nequeat, sed levius remediis curatur.*

VERS. 5. — *RECLUDET EUM SEPTEM DIEBUS ALIUS. Jubet hic Deus leprosum per hebdomadam secundo recludi; quæ exacta, si obscurior fuerit lepra, neque creverit in cute profundius vel latius serpendo, hoc est, si non se dilataverit macule, et signa lepræ facta sint obscuriora, ita ut albor qui movebat suspensionem lepræ, jam immutatus sit in nigredinem, vel obscuratus esse desierit: scire jubet, lepram veram non esse, sed psoram, seu scabiem, ac dimitti hominem lotis vestimentis. Mundus enim est, hoc est, non est leprosus, sed scabiosus solum; quod est leve, et solo vestim mundissimorum, liberatur et lineamur usui, et probo victo liberabitur, præmissa, si opus sit, aliqua corporis cavacuatione. Ita Valerius.*

Nota, hic et inferius passim vocari lepram, illam quæ esse videbatur, vel de qua erat suspicio quod esset lepra, etiamsi postea deprehenderetur non esse lepra.

VERS. 6. — *MUNDABIT EUM, id est, mundum declarabit et pronuntiabit; simile est v. 54, et Gen. 41, 15, ubi dicit phœnax: Ego redditas officio, ille, pastor, suspensus; pro quo Hebr. est, ne reddidit officio, illum suspendit, scilicet Joseph vaticinio suo.*

VERS. 7. — *QUOD SI, POSTQUAM A SACERDOTE VISUS EST, ET REDDITUS MUNDITATE, ITERUM LEPRÆ CREVERIT, ADDICETUR AD EUM; ET IMMUNDITATE CONDEMNABITUR. Est hæc secunda species lepræ repetita, sive recurrentis. Talis enim lepra condemnabitur, quia apparent in eo signa permanentis et radicatæ lepræ; nam iteratus morbus magnum corporis apparatus, et in eum propensionem significat, subesseque in visiosâ corporis naturâ morbi velut radicem: morbus verò in quem corpus valde propensus est, facile alit in habitu; itaque ut incrementum macularum, ita et repetitio suspectum et malum signum est, consecuturque merito quæ semel repetitæ sæpe repetiura lepra, neque unquam futurus homo tatus ab immunditiâ, quare immunditiam condemnabitur. Ita Valerius.*

Tropologicè, lepra est quodlibet peccatum, ait Theod., et præsertim hæresis, inquit Rupert, et Beda, quamquam hæresis propriè est lepra capitis, ut dicam v. 29: cutis colorque ejus est conversationis humane visibilis species: caro est conscientia interna; pili sunt cogitationes se prodeutes: cum in his apparuerit lepra, puta defectus pristini sitis et coloris, aut pustula, id est, conscientia corruptio, aut lucens quippiam, id est, reatus evidenter elucescens; sacerdos separat eum à cætu fidelium ad septem dies; usque

ad plenam lepræ vel cognitionem, vel emendationem, si obscurior appareat, et non creverit, scabies est, id est, levior culpa: sin iterum creverit, lepra est, id est, vivens et perseverans deliberato peccandi. Ita Radulph. Quæsit aliquando S. Ludovici Franc. rex ex Seneschalco Campaniæ, malletne leprâ infici an peccato? cümque is respondisset: Peccato, acriter eum perstringens: *Toto, inquit, calo erras. Equæ lepræ peccato scdior, quod etiam post mortem affligit? Tu itaque si me amas, cum mentem mutato. Ita refert Jonvil. in ejus Vita c. 94. Eiusdem sensûs et sententiæ fuit alter S. Ludovici, regio stemmate natus, qui ex Franciscano factus est episcopus Tolosanus; aiebat enim: *Præns mihi percat, non dico regnum hoc caducum, sed orbis totus, quæm in Deum meum semel peccen, cujus honorem omnibus anteponendum novi. Ita habet ejus Vita cap. 10.**

VERS. 10. — *IPSA QUODQUE CARO VIVA APPAREBIT, LEPRÆ VETUSTISSIMA JUDICABITUR. Est hæc tertia species lepræ, scilicet lepra inolta, quæ in vivâ est carne, cum prior herit in cute et capillis: minus enim est grave mutari colorem solius cutis, quàm capillorum etiam; gravius verò quàm utrumque est, ipsam jam vivam sub cute carnem lepræ respersam esse, ita scilicet ut ipsa sit alba, et modum substantiæ carnis amisit: id enim lepra vetustissima, et cuti inolete esse constat, quia oritur ex pituitâ salsa, quæ exercita à vi expultrice, non solum cutem, sed et subjunctam carnem pervasit, eamque in visiosâ suæ naturam mutavit. Hoc autem an ita sit, an scilicet substantia caro sit leprosa, medici explorant fricatione et acu; si enim caro ficata non rubeat, et si puncta ac non sanguinem, sed lacteam aut aqueosam humiditatem roddat, signum est eam esse leprâ infectam: hæc lepra est elephantia, præsertim si carnem deparcat et exedat. Ita ex Galeno, Avicennâ et Paulo Æginetâ Valerius.*

Tropologicè, Radulph.: *Lepra carnis non vivæ est mala deliberatio, quæ licet vivat, citò tamen mortificatur: sed lepra carnis vivæ est illa quæ perinax vehementius radicitur, et sacerdotalis admonitionis clausuram non recipit; quare antequam radiceur et serpat, confessione et penitentiâ delectat. Nam, ut ait S. Chrysostomus homil. 56 ad populum, acer justat diabolus, ingressum aliquem capere volens: qui, si vel brevem arripuerit vacationem et dilationem, magnum inducit torporem. Et Theodorici rex apud Cassiod. epist. 14, lib. 5 Variarum: *Natum, inquit, cum perseverat, augetur; et remediabile bonum in peccatum est accelerata correctio.**

VERS. 11. — *CONTAMINABIT ITAQUE EUM SACERDOS CONTAMINABIT, id est, contaminatum judicabit: ita passim accipitur hoc capite et contaminabit, v. 11, 20, 25, 27, 50. Vide can. 11.*

VERS. 12 ET 15. — *SIN AUTEM EFFLORUERIT DISCURRENS LEPRÆ IN CUTE, ET OPERUERIT ONNEM CARNEM A CAPITE USQUE AD PEDES, QUIQUE SUB ASPPECTU OCCULORUM CADIT, CONSIDERABIT EUM SACERDOS, ET TENERI LEPRÆ MUNDISSIMA JUDICABIT. Est hæc quarta species*

lepræ, quæ dicitur mundissima, id est, minime contagiosa scabies. Unde Hebr., Chald. et Græca habent quod et paulo post in Latinis sequitur, judicabit eum mundum à leprâ, quia videlicet hæc scabies discurrens per totum corpus, tantum est purgatio nature, validè se undequaque purgantis, et vitiosos humores ejicientis: secus est cum in una parte considens, vitium illius partis interioris arguit, aut certè debilem viâ expultricem. In vitiosis enim corporum dispositionibus, et cacochymis optimum censent medici, si illa per varios, scabiem, aliaque excrementa abundantè foras erumpant; quod enim non erumpit, interioris manet, et cor aliaque vitalia afficit et inficit. Ita ex Hippocrate Valerius.

Tropologè, lepra discurrens in cute, est infamia falsa criminum, qualibus Christus et sancti, maxime in primitivâ Ecclesiâ aspersi, ideoque afflicti sunt: hæc discurret, quia nusquam locum invenit ubi verè stabiliatur; in candore veritatis, id est, in laudem cognitâ rei veritate, ideoque lepra mundissima censetur; quippe per eam homo potius in patientiâ, meritis et gloriâ accrescit, cum sine criminis perpetratione criminis laborat suspicione. Ita Radulph. Hinc dicitur de Christo Isaiæ 55, 4: *Et nos putavimus eum quasi leprosum, et percussimus à Deo et humiliatum. Vides quomodo hæc lepra, puta infamia, realiter cutem Christi tetigerit et adlixerit.*

VERS. 14 ET 15. — *QUANDO VERÒ CARO VIVENS (lepra aspersa) IN EO APPAREBIT (consumpta cute) TUNC SACERDOS IUCIO POLLUETUR, pollutus declarabitur. Vide v. 6 et 11.*

VERS. 16 ET 17. — *QUÒD SI RURSUS VERSA FUERIT IN ALBEM, ET TOTUM HOMINEM OPERUERIT, CONSIDERABIT EUM SACERDOS, ET MUNDUM ESSE DECERNET, quia hoc signum est carnem sanari, et pelle rursùm undequaque obduci.*

VERS. 18 ET 19. — *CARO AUTEM ET CUTIS, IN QUÀ ULCER NATUM EST ET SANATUM, ET IN LOCO ULCERIS CICA- TRIX ALBA APPAREBIT, SIVE SUBRUBRA. Nihil hic aliud dicitur quàm lepram jam dictam v. 5 et seq. posse in nasci ulceribus (sive ea spontè nata sint, sive inusta), sanatis puta cicatricibus; neque id mirum, quia ulcera spontè nascuntur in partibus debilibus, ob pravo succos in eas missos, et quæ semel ulcerate sunt, licet cicatrice obducantur, manent tamen debiliores; quapropter et ipsa ulcera solent sæpe in ipsis partibus novari, et materia lepræ in eandem partem emergere. Orta verò lepra hic eandem notas habet, quas in reliquis partibus; secunda, locus profundior reliquæ cute; tertia, pili mutati in candidum; hæc enim verè ac maligne lepræ notæ sunt: contraria, munde scabiei signa sunt.*

Nota, *subruba*, id est, subruba, quia licet macula lepræ in reliquæ cute candida sit, in cicatrice tamen relicta ex ulceribus fit aliquando subruba, eò quòd sanguis quæ pars nutritur, malè ob ejus debilitatem mutetur, quæ causa macularum est. Ita Valerius.

VERS. 25. — *SIN AUTEM STETERIT IN LOCO SUO, ULCE-*

RIS EST CICA TRIX, ET HOMO MUNDUS ERIT, quia si lepra esset, non sisteret, sed serperet; ergo id quod videtur in tali cicatrice album vel subrumum est ex ulcere precedente, non autem est lepra.

VERS. 24. — *ALBA SIVE RUFAM, quia si esset ex combustione, esset nigra; ergo cum sit alba vel subruba, suspicio est esse lepram.*

VERS. 28. — *SIN AUTEM IN LOCO SUO CANDOR STETERIT NON SATIS CLARUS (obscurus, ut paulo ante dixit) PLAGA COMBUSTIONIS EST, combustione inflicta et relicta.*

Tropol. ulcus significat flagitiorum saniem, per quam honestatis humane species violatur; plaga combustionis significat iram et invidiam; hæc si sanata rursùm reprodierint, et maculam albam, id est, voluptatum blandimenta, aut rufam, id est, cruentam speciem discordiarum, ostenderint, considerabit sacerdos ut supra, etc.; utraque enim macula ab alterutro vitio oriri potest. Ita Radulph.

Vir sive mulier, in cuius capite aut barba genuerit lepra, ita ut lepra cutis et carnis in barba vel capillis se prodât: nam in cute esse hanc lepram, patet ex eo quod sequitur, eam multo magis esse carne relicta. Est hæc quinta species, non formalis, sed materialis lepræ: scilicet lepra barbe et capitis, quæ ejusdem formæ et rationis est cum leprâ aliarum partium. Unde hujus signa sunt eadem quæ aliarum partium dictarum, nimirum lepra quæ: humilior est cute relicta, et capillorum mutat colorem, et sese effundit ac serpit, maligna est, aut etiam quæ eam videretur esse mundatam et curatam, rursùm emergit, redit et perserpit: quæ verò hisce contraria habet, non est maligna. Illud tantum interest, quòd in reliquis partibus lepra pilos in albos commutat, in barba verò et capite mutat eos in flavos et tenues; cuius rei causa est quòd capitis lepræ innasci solent achores (quæ vulgò vocatur *linea*), puta ulcuscula quedam, quæ manant et stillant succum quemdam liquidioris meli similem: quod aperte indicat tali etiam sanie imbutam esse illis capitis cutem. Merito ergo tales inde capilli nascuntur, tenues, inquam, et flavi, uti è reliquis partibus, quæ salsa pituita imbuta sunt, nascuntur albi. Causa illius sanie est bilis flava tenuis cum salsa pituita permixta. Unde iis mulieribus, quæ tinea laborant, auro similes capilli oriuntur. Ita Valerius.

Tropologè, superiores lepræ hucusque morum vitia fuerunt: hæc verò est fides, estque hæresis, quæ ut lepra et ut cancer serpit, sicut unius pecudis scabies totum commaculat gregem; statim ergo hæc tollenda et separanda est, ut ait S. Hieron. in cap. 5 ad Galat., *scintilla statim ut apparuerit extinguenda est, et fermentum à massa viciniâ removendum, secunda putrida carnes, et scabiosum animal à caulis ovium repellendum; ne tota domus, massa, corpus et pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Arius in Alexandria una scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totum orbem ejus flamma populata est.* Refert Gregorius Turon. lib. 4 Mirac. S. Martini, c. 11, et ex eo Baron. an. Christi 560, quòd rex Gallicæ cum subditis Ariana hæresi infectus à Deo puni-

tus sit, nam regio illa leprâ percussa est, et filius Chararicus gravior ægrotare cœpit, ut solo spiritu palpataret. Quare pater misit vota et dona ad S. Martinum, ejusque fidem orthodoxam amplexus est: inde filius ejus sanatus est, et plaga lepræ cessavit; nec unquam usque nunc, inquit Gregor., lepræ morbus super aliquem apparuit.

Lepra ergo in capite est error circa divinitatem Christi; lepra in barbâ est blasphemia in humanitatem Christi, ejusque Apostolos aut Prophetas: per barbam enim homines perfecti significantur, qui Christo capiti coherent quasi barbâ, ejusque influxum proximè suscipiunt; de quo dicitur: *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Capillus flavus et solito subtilior, est superba cogitatio et sui fiducia: sicut niger est humilitas et obedientia; humilior carnis locus est erroneus articulus, qui veritate Ecclesie longè est inferior. Si cutis et locus æqualis sit, radendus est, id est, ei subtrahenda est facultas disputandi, ne infirmo adhuc ingenio tanta mysteria discutere præsumat, agnitâ jam veritate Ecclesie, in quâ conqiescere, et cui suum judicium subdere debet. Locus autem maculæ radi prohibetur, ut erroris sui memoria homini relinquatur. Ita Radulphus et Isychius.*

Rursùm lepra in capite, est arrogantia in mente: hæc enim est origo hæresis. *Septempletier*, inquit sanctus Bernard., serm. 3 de Resurrectione. Dom., occupavit nos lepra superbia; primò, in proprietate possessionum; secundo, in gloria vestium; tertio, in voluptate corporum: in ore quoque duplîter, similiter et in corde; in ore, quarto, cum in adversis murmuramus, et quinto, cum in prosperis arroganter commendamus: in corde, sexto, propria voluntas; et septimò, proprium consilium et judicium, quod est pater hæresis. Porro hæc lepra maximè viles et abjectos invadit, cum ad dignitates et fastigia evehantur, uti experientia docet. *Compertum habeo humillimos quosque, maximè ubi alta accesserunt, superbiam atque ambitionem immo dicos esse. Hinc C. Marius patrum memoriâ, hinc Diocletianus nostrâ, communem habitum supergressi sunt, dum animus potentie expertus, tanquam inedia refecti, insatiabilis est, inquit Aurelius Victor de Cæsar. Præclarè S. August. de Catechiz. rudib. Magna, inquit, miseria est, superbus homo; sed major misericordia est humilis Deus. Et l. 14 de Civit.: Audeo, ait, dicere, superbis utile esse cadere in aliquod perpetuum manifestum peccatum unde sibi displiceant, qui jam sibi placendo ceciderant; salubris enim Petrus sibi displicuit quando flevit, quàm sibi placuit quando præsumpsit. Hinc ait Saltes: Imple facies eorum ignominia, et quærent nomen tuum, Domine. Et S. Bern. in epist.: Humilitas, ait, homines similes angelis facit, et superbia ex angelis demones facit: et ut evidenter ostendam, ipsa omnium peccatorum initium, finis et causa: quia non solum peccatum est ipsa superbia, sed etiam nullum peccatum potuit, aut potest, aut poterit esse sine superbia.*

VERS. 35. — HABETUR, ut clarîus appareat post septem dies an serpsit lepra.

VERS. 59. — VIR SITE MULIER, IN CUIUS CUTE CANDOR APPARUIT. Describitur hic vitiligio, id est, macula simplex coloris candidi lucentis in cute, que non est lepra. Unde heb. vocatur *bohac*, id est, lentigo vel vitiligio in cute germinans.

VERS. 40 et 41. — VIR DE CUIUS CAPITE CAPILLA FLUENT, CALVUS ET MUNDUS EST: ET SI A FRONTE CEDERINT PILI, RECALVASTER ET MUNDUS EST. *Recalvaster* hic dicitur is cui versus frontem capilli fluunt: *calvus*, cui toto capite; ita ut supernè totus de pilis fiat. Ita Isychius et Radul. et patet v. 53; ita etiam hæc distinguunt et vocant Chald. et Sept.

VERS. 42 et 43. — SI AUTEM IN CALVITIO, SIVE IN RECALVATIONE, ALBUS VEL RUFUS COLOR FUERIT EXORTUS, ET HOC SACERDOS VIDERIT, CONDENABIT EUM HAUD DUM LEPRÆ. Hæc enim maculæ albe vel rufæ, significant malignos succos, qui corrumpunt radices capillorum, et tales subinde sunt in malignâ alopecia, sive ophiâsi, id est, profluvio capillorum, ex abundantia pituitæ, vel melancholicæ. Unde maligna hæc alopecia inter species lepræ numeratur. Ita Valesius.

Est hæc sexta species lepræ, quæ scilicet est in calvitiò.

Tropol. capilli terrenam substantiam significant. Calvus ergo est, qui eam omninò dat pauperibus; recalvaster, qui eam retinet non ad voluptatem, sed ad necessitatem: in his color albus, id est, cupidio gloriæ: vel rubeus, id est, crudelitas rapinarum, ori possunt: hæc enim lepra oritur ex ipsis virtutibus, sicuti præcedentes ex vitis. Ita Radulphus.

VERS. 44. — QUICUMQUE REGO MACULATA FUERIT LEPRÆ. Quinque res hic præcipiunt leprosum, ut iis quasi signis dignoscatur, aliique eum cavere possint, ne ab eo inficiantur. Primò *habebit vestimenta dissuta*; secundo, *caput nudum*; tertio, *os veste contextum*; quarto, *contaminatum ac sordidum se clamabit*; quinto, *solum habitabit extra castra*.

Nota. Quædam horum præcipiuntur propter leprosum, quædam propter alios; quædam propter utrosque. Propter leprosum, ut habeat vestes dissutas, nudum rasumque caput; ut scilicet hæc ratione expirent putidi corporis et capitis vapores. Propter alios, ut habeat os tectum, et clamet se leprosum: nullâ enim re magis inficere potest homo immundus, quàm anhelitu et expiratione que per os agitur. Propter utrosque, ut habitet extra castra, solus scilicet, ne alios noceat; atque in libero aere, ut eo recreetur et sensim curetur.

VERS. 45. — HABEBIT VESTIMENTA DISSUTA. Hinc Abulensis censet, Judæorum vestes olim fuisse undique consutas, ita ut eas induerent injecto desuper caput caputo, eo modo quo hyacinthinam tunicam inducunt pontifex, Exodi 28, v. 52; ideo enim leproso assignatur hic vestis dissuta, quia sani habebant consutas. Sed hæc ratio non concludit: poterant enim sani habere vestes consutas à lateribus, sed in pectore apertas, et nodis, uncinis, vel ligulis adstrictas; leprosi verò variis in locis et lateribus eas dissuere debebant.

CAPUT NUDUM. Hinc censet Abul. Judæos tecto capite incessisse etiam in templo, itaque orâsse (unde et pontifex in templo caput cidari tegebatur), ut capite tecto significarent suum timorem et subjectionem legis, legique quasi pilosæ caput subjicere et involvere debere. E contrario in lege novâ nudatus capita, in signum libertatis christiane. Unde Paulus 1 Cor. 11, 4: *Omnis vir, ait, orans velato capite, deturpat caput suum.*

OS VESTE CONTEXTUM. Chald. verit., os ejus involvetur panno sicut lugens, non quando est solus, sed quando appropinquat aliis, quos halitu inficere possit, tuncque, non aliâ, faciet id quod sequitur:

SORDIDUM SE CLAMABIT. Abulensis putat non juberi, ut clamet voce, sed signis quatuor jam datis. Verùm hoc non est propriè clamare. Unde Chald. disertè verit., clamabit: *Non contaminemini, neque immundis sitis.*

VERS. 46. — SOLUS HABITABIT EXTRA CASTRA, in deserto, et extra urbes in Judæâ; intelligo nisi sit persona valdè eminens. Nam Ozias leprâ percussus, pernoctavit, utpote rex, habitare in domo liberâ seorsim, 4 Reg. 45, 5; erat enim hæc domus ejus planè separata à populo, ut dicitur 2 Paral. 26, 21. Unde perinde erat ac si extra urbem habitasset. Quamquam S. Chrys. hom. 4 et 5 in cap. 6 Isaie, docet Judæos peccasse, quòd reveriti regalem dignitatem, regem Oziam procul extra urbem non expulerint: ideoque Deum illis subtraxisse prophetiam et prophetas usque ad mortem Ozie; tum enim cœpit prophetare Isaïas, nam in anno quo mortuus est Ozias, vidit Isaïas illam illustrem visionem quam describit c. 6, ut patet ibidem v. 1. Sed de hæc re in Isaïâ dicendum.

Hinc patet falsum esse quod scribit Manethon et alii gentium historici, teste Josepho lib. 5 Antiq. et lib. 7 Belli, Hebræos fuisse colluviem scabiosorum ac leprosum, quos proinde Ægypto pulsos Moses duxerit in Chanaan, præcipiens eis ut peregrinis non communicarent, ne videlicet eadem de causâ Chanaanis iovisi fierent. Si enim ipsi fuissent tantum colluvies leprosum, quomodo Deus jussisset eis leprosos à convitiis suo separare?

Voluit Deus leprosus extra castra degere, tum ne alios inficerent, tum ut in hæc solitudine ab omnibus destituti discederent ad Deum recurrere, eique dicerent: *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adjutor. Dicit hoc sanctus ille abbas in eremo, qui, ut legimus in Vitis Patrum, cum sexaginta annos fuisset leprosus, atque afferretur ei à quodam pecunia quæ se sustentaret, eam rejecit, dicens: Tu post 60 annos venis auferre nutritorem meum? Ecce tantum temporis habens in infirmitate meâ nihil indigni, Deo tribuente et pascente me. Atque hinc fortè factum est, ut leprosi etiamsi divites sint, pane non proprio, sed mendicato vivant, tumque minis leprâ suâ crucientur (si verum est quod ipsimet asserunt). Est enim panis emendicatus panis Dei et angelorum (ut ait S. Franciscus) instigantium elemosynarios ad eum dandum, et pauperes ad petendum.*

Tropolog. Radulph.: Corpus leprosum discooperitur, cum eorum iniquitas revelatur; caput nudatur, cum perversitatis illorum origo et radix exponitur; contaminatos se clamant, etsi non suâ confessione, utpote peritantes, certè operum suorum confessione; ora eis clauduntur, dum omnibus confabulationem eorum execrantibus propinandis veneri facultas subtrahitur. Hæc omnibus peccatis, sed maximè hæresi conveniunt. Unus enim Lutherus, unus Calvinus, quia non fuit separatus, nonne multa regna suâ leprâ et hæresi infecit? Sic fornicator, sic ebrius, suam lepram et vitium iis quibuscum versatur affricat. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab eâ; et qui communicaverit superbo, induet superbiam, inquit Ecclesiast. c. 15; et: Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit; amicus stultorum, similibus efficitur. Audi insigne Senecæ consilium epist. 104: Si vis, inquit, vitis exari, longè à vitiorum exemplis recedendum est. Item: Herediti tibi tumor, quandiu cum superbo conversaberis; herediti avaritia, quandiu avaro conversaris; incendit libidines tuas adulterorum sodalitia. Cum Catonibus vive, cum Socrate, cum Zenone versare.*

VERS. 47. — VESTIS LINEÆ SIVE LINEÆ QUÆ LEPRAM HABUIT. Est hæc septima lepræ species, sed analogâ, scilicet lepra vestis vel domus, de quâ c. seq. v. 35.

Quæres quænam hæc fuerit lepra, et unde orta? — Respondet Vales. lepram morbum contagiosum esse, non minus quam pestem: sicuti ergo videmus vestis semina solere adherere vestibus, cuculis, domibus, peculis, lancibus (per hæc enim omnia accidit fieri infectionem), ita constat et lepram posse adherere vesti domui, esseque posse domum et vestem uti pestilentem, ita et lepram. Rursùm, sicut domus aut vestis fit pestilens, ita et fit leprosa altero duorum modorum. Primò, ex aeris infectione et corruptione: sicut enim vestes contrahunt lineam ex aere, ubi sili sunt obsitæ et non ventilantur, ita et pestem et lepram. Pari modo videmus vestes, ligna, parietes, flante austro putrescere, flante vento aquilone à putredine liberari: eaque de causâ mulieres solent ad flantem aquilonem vestes suspensas distendere, ut incorruptæ serrentur. Secundo, ex contactu vel contagio leprosi: omnis autem contagio vel fit anhelitu, vel exhalatione et evaporatione vaporum putridorum, quæ fit per poros totius corporis, maximè per sudorem. Sic videmus speculum à muliere menstruatâ infici sanguine colore, eò quòd ab oculis ejus exeant spiritus quidam, et cum iis humiditates tenues sanguineæ, quæ in speculo condensantur, ut appareat in eo sanguineus color. Hisce ergo modis leprosi inficere possunt vestes et domos, eisque lepram afflare. Unde expedit eis et vestes et domos mutare, versarique in aere puro et libero; licet enim res animate diverse sint naturæ et temperiæ ab inanimis, tamen ob communem naturam, quâ utraque putredini sunt obnoxia, possunt sibi invicem communicare et affricare putrescentias non omninò similes, sed analogas, puta qualitates aliquas

corrosivas, aut putrefactivas, quæ sicut hominem, ita et vestem ac domum exedant et corrumpant. Quare ad omnia cuius viâ servanda optimum remedium est, ait Yales., uti vestibus novis, mundissimis aut lotis crebro, usque adeo ut, sola mundities esset solat ad curationem: hinc capite sequenti iterata lotio præscribitur in purificatione leprosi, v. 8 et 9. Sicut è contrario qui sordidis et putrescentibus jam vestibus utuntur, raro sunt liberi à scabie, prurigine, pediculis: nimirum potest uti vestis à cute, ita cutis à veste infectionem recipere, et utrumque seorsim putrescere; etambo sordida cum sunt, computrescunt se mutuo. Denique in vestibus laneis aut pellicæ, peculiaris quedam est causa, ob morbos animalium, ex quibus lana aut pelles detractæ sunt; nam scitum est illud, vestes ex lanâ morcinorum, pediculos facere: pari modo et alias morborum infectiones efficiunt.

Secundò, melius alii cum Theodor. quest. 17 alter de hæc leprâ sentiunt, scilicet Deum olim, dum peccarent Judæi, lepram hæc infligere solitum vestibus, aut domibus eorum, ut per eam possessores ad sanitatem mentis revocaret; itaque lepram hæc non tam naturalem fuisse, quam plagam à Deo immissam. Videtur ergo lepra hæc fuisse tinea, vel qualitas quedam corrosiva (qualis est in sale, nitro, viriolo, quæ et vestes et stannum et ferrum exedunt et perforant) vel corruptiva, eaque prosperens, vestibus et domibus Judæorum à Deo vel per se, vel per causas secundas inflicta, itaque videtur Judææ, et Judæis fuisse penè propria, aliisque gentibus ferè incognita. Id ita esse probatur, primò, quia jam nullam novissimam lepram in domibus aut vestibus: nec enim domus et vestes naturaliter leprâ infici solent, adeoque lepra non sunt capaces. Secundò, quia experimur jam lepram quæ est in leproso, non diffundere se in ejus vestes et domum; alioquin enim omnes leproso domus vestes essent infectæ, atrose et putrefactæ, cuius contrarium videmus. Tertio, pestis non inhaeret nec inficit vestem aut domum, ita ut eam interimat, consumat, uti interimunt hominem, sed vesti et domui tantum adheret, eamque reddit homini pestilentem; ita ut homo ex eâ vapores pestilentem, qui ei adherent, contrahat, pesteque inficiatur et consumatur; ergo pariter lepra non inheret, sed adheret tantum vesti aut domui, nec eam facit leprosam, sed hominum tantum lepram affilare potest: olim autem lepra inhereret domui et vesti, eamque verè leprosam faciebat: aliâ ergo ratione domus dicebatur tunc pestilens, aliâ leprosa; pestilens enim dicebatur casualiter, leprosa verè formaliter. Quartò, quia cap. seq. v. 54, hæc lepra domorum vocatur *plaga*, scilicet à Deo immissa; hoc enim expressè significant ibi Hebræa, quæ sic habent, *si dederit (scilicet ego Deus) plagam lepræ*. Denique, licet jam cariem in lignis, calce et lapidibus experiamur, nullam tamen jam in iis lepram agnoscimus talem, quæ etiam novos solidosque lapides invadat, erodat et absumat, uti faciebat hæc lepra Judæorum, ut patet cap. seq. v. 44, ubi jubentur omnes

lapides leprâ infecti ex domo eximi, et novi substitui, qui si postea leprâ infecti inveniuntur, jubetur dominus dirui.

Unde hæc novorum lapidum infectio? — Utique non afflictione veterum, qui jam circumcæca sublati sunt; ergo à Deo et à vindictâ divinâ; ergo lepra hæc non tam naturalis fuit quam opus et plaga Dei; fateretur tamen Deum in hæc plagâ indignandâ uti potest (more suo) causis secundis, puta aere corrupto, leprosi contactu, et similibus, uti explicuit paulò ante Yalesius: sed ita, ut hæc omnia vim propriam et adequatam gignendi lepram in vestibus et domibus non haberent, nisi singulariter concurrente et inoperante Deo. Loquitur de leprâ propria et perfectâ; nam si lepram tantum intelligas tineam aliquam vestium vel cariem lignorum et lapidum, scimus hæc esse solis naturalibus causis provenire posse: atque hæc ipsa lepra hic quoque intelligitur, eraque secundum notas et signa hic præscripta dijudicanda. Magis tamen de leprâ perfectâ, et à Deo immissâ hæc loquitur Scriptura, uti dixi.

Tropologicè, leprosa vestis, id est, liber et scrip. heretica, est comburenda et exterminanda; ita Rudolph. Secundò, generalis ac pulcherrimè idem Rudolph., vestis nostra sunt opera justitiæ, de quibus dicitur psal. 151, 9: *Sacerdos tui induitur justitiam*, quibus anima et honestas foris comparat fides, et intus coram Deo fovet conscientiam: estque duplex, linea, id est, spiritualis, uti sunt meditatio, oratio, lectio; et lanea, id est, corporalis, uti sunt opera misericordiæ. Vestis nostræ stamen (de quo v. ultim. et v. 55, juxta Septuag.) est intentio, quæ stat cum ad Deum et celestia dirigitur. Subtegmen est operum instantia, quibus sub hæc intentione diversis temporibus insudatur: hæc quippe more sublimiè diversa subinde petit latera, nunc in dextram contemplationis, nunc verò in actionis sinistram se transferens. Pellis est carnis mortificatio. In his omnibus potest oriri lepra alba, id est, inanis gloria; vel rufa, id est, maligna invidia.

Denique lepra carnis est libido et gula; hujus remedium est meditatio mortis et inferni, ut cogitet homo illud S. August. tract. de Honestate mulier. c. 5: *Cito præterit quod delectat, et permanet sine fine quod cruciat*. Lepra vestis est vestium splendor et luxus; nam in vestibus querendus est calor, non color; necessitas, non pretium; utilitas, non subtilitas; remedium est cogitare ornatum hominis esse mores bonos, et modestiam vestitus. Unde Clemens Alex. ex Cæc. lib. 2, 10, hæc virtutis et viti pingi imagines: virtutem facit simpliciter stantem, candidâ veste indutam et purâ, solâ verecindiâ ornata. Improbiteram contra pingit superflua et variâ veste indutam; atque alieno colore exultantem. Laudo, ait Clemens, Spartanos, qui solis meretricibus floridâ vestes; et aureum mundum gestare permisere, à probis mulieribus ornatis studium auferentes, quòd solis meretricibus concederent se ornare. Lepra domus, sunt filiorum et famulorum pravi mores: hi à patrefamilias disciplina

coercendi sunt, et bonâ institutione virtus in domum inducenda est; nam, ut ait S. Cyprian. lib. de Habitu virginum: v. disciplina est custos spei, retinaculum et fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum et bonæ indolis, magistra virtutis; hæc facit in Christo manere semper, ac iugiter Deo vivere. E contrario, v. recessus disciplina sævè imposita nequitia, inquit S. August. serm. 45 de Verbis Domini.

LEPRA REPERTABATUR, si manserit postquam ostensa fuit sacerdoti.

VERS. 55. — FACIEM PRISTINAM NON REVERSAM. *Pristinam*, quam scilicet habebat vestis, antequam esset infecta leprâ; permanens enim in eâ notâ indicat esse lepram: alias enim aliquo modo mutasset colorem. Unde sequitur:

EO QUOD INFUSA SIT IN SUPERFICIE VESTIMENTI, VEL PER TOTUM LEPRAM. Lyrar. putat hic corruptam esse nostram versionem: nam pro *in superficie, vel per totum*, hebraicè est, *in calvitio, vel recalcatione*. Verùm dico esse metaphoram hebraicam. Hebræi enim domui tribuunt et quæ sunt hominis, puta manus, pedes, caput, calvitium: sicut ergo calvitium vocant, cum toto superficie capitis est de pilis; recalcationem verò, cum tantum anterior pars circa frontem est calva, ut patet vers. 41; ita et in vestibus recalcatio significat superficiem ejus extimam: hæc enim nobis est quasi anterior, calvitium verò significat superficiem ejus intimam, quæ nobis est quasi posterior. Unde Septuag. vertunt, *in stamine hic subtegmine*, uti et habent Hebræa, Latina, et Cald. v. ultim. in anacephalæosi lepra vestium; hæc et Vatabl. vertit, *in parte anteriore vel posteriore vestis*; et Chal., *in vetustate vel novitate tua*; anterior enim pars vestis, quia teritur et tractatur, fit vetustior; interior verò, quia non tangitur, nec teritur, manet utasi nova.

VERS. 56. — SIV AUTEM OBSCURIOR FUERIT LOCUS LEPRÆ (si lepra in domo videatur obscurari) ARBUMPET EÛ. Sic Tropol. expedit homini, ut eo munere privetur, ob quod lepra superbie obscuratur. Unde S. Benedictus in Regula jubet, ut si monachus arte aliqua aut officio extollitur, inde avellatur, et alteri mancipetur, inquit Rudolph.

VERS. 57. — QUOD SI ULTRA APPARUIT, ETC. LEPRA VOLATILIS ET YAGA (similis illi in homine, de qua v. 42), DEBET IGNE COMBURI. Ex hujus loci sensu mystico Tertul. lib. de Pudicitia c. 21, conatur probare, machos, qui relapsi sunt, non esse recipiendos ad penitentiam; hoc enim mysticè esse quod hic dicitur, vestem, si tursum in eâ apparuerit lepra, esse comburendam, quia indicium est perseverantis lepræ, id est peccati.

CAPIT. XIV.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Hic est ritus leprosi, quando mundandus est: Adducetur ad sacerdotem; 3. Qui egressus de castris, cum invenerit lepram esse mundatam, 4. Procipt ei qui purificatur, ut offerat duos passeres vivos pro se, quibus vesci licitum est, et lignum cedrinum, vermiculique et hyssopum,

est, perseverantis in peccato machiæ; hæc enim est lepra.

Verùm hinc tantum colligi potest, mecum non esse recipiendum quando apparuit in eo lepra, id est, machiæ. Si enim hæc per respicientiam tollatur, jam amplius in eo non erit lepra comburenda, sed penitentia puritas ab Ecclesiâ amplexanda.

VERS. 59. — QUOMODO MUNDARI DEBERET VEL CONTAMINARI, id est, quomodo censeri et judicari debeat munda, vel contaminata: sic enim hæc duo verba toto capite accipiuntur.

Symbolicè, lepra hoc capite descripta fuit typus carnis Christi, flagellis et plagis dilaniata et defigurata: Christus enim lepram nostram, id est, peccatum, in se luendum suscepit, unde in cruce factus est quasi leprosus. Sic enim ait Isaias c. 55, 4: *Nos putavimus eam quasi leprosum, et percussimus à Deo, et humiliatum, idque primò, quia sicut leprosus toto corpore leprâ maculatus, sui horrorem intuentibus incuit, ita Christus toto corpore flagellis et vulnibus lividus, horrorem simul et commiserationem aspicientibus commovebat, ut merito Pilatus eum Judæis proponens, dixerit: Ecce homo. Secundò, leprosus habebat vestes disutas: ita milites sciderunt vestes, qui et carnem Christi. Tertio, leprosus habebat caput nudum: ita Christus nudus fuit capite, sed spinæ coronâ coronato. Quarto, leprosus habebat os veste contentum; de Christo ait Isaias. *Quasi absconditus velatus es*; rursum: *Quasi agnus coram tondente se obtulit escis, et non aperit os suum*. Quintò, leprosus, se leprosum et sordidum clamare debebat: Christus totus crucientis quid clama? nisi: *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte etiam calcei sicut dolor meus*. Sextò, leprosi caro erat vilissima et abjectissima; Christus ait: *Ego sum vermis, et non homo: opprobrium hominum et abjectio plebis*. Similis fuit Christus S. Job, qui sedens in sterquilino, non fuit agnitus ab amicis, quia non erat ei aspectus, eraturque despectus, et novissimus virorum. Septimò leprâ solebant puniri superbi: et Christus nostræ superbiæ, quasi lepræ, speciem gessit, eamque curavit suâ hæc abjectione; ejus enim livore curata est plaga superbiæ nostræ. Octavò, leprosi urbe pellebantur, nemo eos aditu, congressu, sermone dignabatur, omnes illos asperabantur, et quasi pestem fugiebant: ita Christus, quasi leprosus, extra portam ejectus et crucifixus est, Heb. 13, 12; et psal. 57, 12: *Amici mei et proximi mei adversum me appropinquerunt* (heb. est, *ex adverso plaga mea*); S. Hieronymus vertit, *quasi contra lepram meam steterunt et qui iuxta me erant de longe steterunt*.*

CHAPITRE XIV.

Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit: 2. Voici ce que vous observerez touchant le lépreux, lorsqu'il doit être déclaré pur: il sera mené au prêtre, aux environs du camp. 3. Et le prêtre étant sorti du camp pour aller trouver, lorsqu'il aura reconnu que la lepre est bien guérie, 4. Il ordonnera à celui qui doit être purifié, d'offrir pour soi deux passereaux vivants, ou autres oiseaux purs, dont il est permis de manger; du bois de cèdre, de l'écarlate et de l'hysope.